



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 17. Cæsar is responsio ad omnes hujus mandati Pontificii articulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

„exequendas curarent: ideo obstringi-
„tur Cæsar, tanquam Advocatus, ac
„propugnator Ecclesiæ, ut illius capiti-
„patrocinetur, nec se conjungat illis,
„qui eidem adversantur; neque par est,
„ut Principes emendationis, ac Reli-
„gionis obtentu studeant in Concilio
„mercaturam exercere. „ His verbis
indicabat Papa Pontificiæ auctoritatis
diminutionem ab illis tentatum iri ob
rationes politicas, sive ut ad se eam
traherent, sive ut gratificarentur hæ-
reticis.

§. XVII.

*Cæsar is responsio ad omnes hujusman-
dati Pontificii articulos.*

Pallav. n. 7. Ad hujusmodi caput Ferdinandus Im-
perator his verbis respondit: „ Ea
„res est inter ceteras maximi ponderis:
„dubitari enim non potest, quod emen-
„datione opus sit non solum membris
„Ecclesiæ universalis, quæ jam a Sy-
„nodo incepta fuerat, sed etiam Capi-
„ti, quod est Ecclesia Romana, & ipsius
„Episcopus: non autem est mens mea
„per ea verba viventem notare Pontifi-
„cem, quem maximi æstimo, prout u-
„niversum hominum genus eundem o-
„mimodis veneratur: ideo generatim
„loqui volo: De cetero extra contro-
„versiam ponitur, plurimos abusus in-
„ductos

„ductos fuisse per Pontifices, qui dispen- **Sæcul. XVI.**
 „sationes prodigabant, nec minus in- **A.C. 1563.**
 „ducebatur delictorum impunitas, im-
 „munitatum frequentia, sacerdotiorum
 „multitudo, & pecuniæ cupiditas, qui
 „abusus suppeditaverant magna ex par-
 „te aniam recentium hærelum incre-
 „mentis: hinc arbitror, nec Pontificem
 „pro sua sinceritate, ac probitate id in-
 „ficiaturum: hæc si ita sint, manum
 „nequaquam, ut jam præmiseram, ad-
 „movendam censeo emendationi in i-
 „psò Pontifice, nec pariter in iis, quæ
 „spectant ad ipsius temporariam pote-
 „statem, ejusque Ecclesiæ administra-
 „tionem; nam hæc ipsi cum Cardina-
 „lium senatu relinquenda venit, inte-
 „rim reformatio institui debet circa
 „alia negotia ad Ecclesiasticum regi-
 „men pertinentia, quæ ab Aula Ro-
 „mana in reliquum Ecclesiæ Corpus
 „influunt: Variant equidem sententiæ
 „de Concilii auctoritate, hinc par mihi
 „non est, super iis argumentis in ar-
 „duam cum Pontifice disputationem
 „congredi, sed solum ex debita filii
 „erga Patrem reverentia, & amore mo-
 „ne, tametsi Pontifex ad id stricto ju-
 „re non obstringeretur, Christianarum
 „stamen gentium conditio ejusmodi
 „nunc est, ut teneatur Pontifex seipsum
 „vincere, rerumque necessitati ex par-
Hist. Eccles. Tom. XLVI. P „ te

Sæcul. XVI. „te indulgere: dubitandum enim non
 A.C. 1563. „est, per faciliorem, majorisque auto-
 „ritatis rationem posse opus illud perfici
 „a tot præstantissimis, ac sanctissimis
 „omnium nationum Præfulibus, in quos
 „nulla infidelitatis, aut socordiæ suspi-
 „cio cadere potest; cum tamen id i-
 „psum Romæ a nonnullis Cardinalibus,
 „& Prælatis, Pontificem adjuvantibus
 „fieri haud valeret; nam melius a plu-
 „ribus aliena cauſa agitur, quam pro-
 „pria ab uno, paucisve, & infuper id
 „quod omnium interest, ab omnibus
 „comprobari debet. Ceterum cum mi-
 „hi ostensæ fuerint sanctissimæ Leges,
 „a Pontifice circa suam Aulam latæ,
 „plurimum id profuturum censeo, si
 „cum Synodo communicarentur, ut per
 „auctoritatem ipsius, cui tot Princi-
 „pum Oratores adfunt, tuto quasi mu-
 „nimine obsisteretur molitionibus, quæ
 „ab illorum ministris adhiberi consue-
 „verant adversus Sacrosanctam illam
 „emendationem, cum sic gravissimæ
 „querelæ cohiberentur, quibus difficul-
 „ter alibi quam in Concilio apte con-
 „suli posset. „

§. XVIII.
*Vox Caput ex Caesaris scripto Leta-
 gati jussu deleta, ejusque re-
 sponsum ad reliqua.*

Poppe

